

Giuentutis, nō tētatur occasiōis illecebra. Turtur nescit primā fidē irritā facere, quia nouit castimoniam seruare prima conuubii forte pratermissa.

De integritate auium, quæ, vt in vulturibus deprehenditur, absq; cōcubitu, & sine vilo masculorū semine cōcipiunt & generāt. Ac de cōfūtatiōe eorū qui impossibili putant quod virgo Maria cōseruata virginitate dei filium pepererit. Caput XX.

DIXIMVS de viduitate auium, eamq; ab illis primū exortam esse virtutem: nunc de integritate dicamus, quæ in pluribus quidē auibus ita esse asseueratur, vt possit etiā in vulturibus deprehendi. Negantur em̄ vultures indulgere cōcubitu, & coniugali quodam vsu, nuptialisq; copulæ sorte misceri, atq; ita sine vilo masculorū cōcipere semine, & sine coniūctione generare, natoq; ex his in multā ætatem longe vitæ procedere, vt vsq; ad centum annos vitæ eorū series producat, nec facile eos angustū qui finis excipiat. Quid aiunt qui solent nostra ridere mysteria cū audiunt quod virgo generauit, & impossibile inuuptæ, cuius pudorem nulla viri cōsuetudo tenerasset, existimant partum? Impossibile putatur in dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur? Auis sine masculo parit, & nullus refellit: & qd desponsata viro Maria peperit, pudoris eius faciūt questionē? Nonne aduertimus quod dñs ex ipsa natura plurima decemla ante prēmisi, quibus susceptæ incarnationis exordia probaret, & astrueret veritatem.

De natura & admiranda industria ac diligentia apum, quæ velut quādā rēpublicā curare videtur. Cap. XXI.

NVNC age quæ aues velut quādam rēpublicam curare videantur expediam, atq; vitæ huius ætates agere sub legibus. Hic em̄ rēpublicæ vsus est, leges omnib; esse cōmunes, atq; obseruari eas deuotione cōmuni. Vno omnes teneri vinculo, nō alteri ius esse quod ali; intelligat sibi nō licere: sed quod liceat, licere omnibus: & quod nō licet omnibus, nō licere. Esse etiā cōmunē reuerentiā senatorum, quorū consilio rēpublica gubernetur, cōmune oībus vrbis domiciliū, cōmuni cōuersationis officium, vnum præscriptū, omnibus vnum esse cōsiliū. Magna hæc, sed quanto in apibus præstantiora, quæ sole in omni genere animantiū cōmunē omnibus sobolem habent, vnam omnes incolunt mansionem, vnius patriæ clauduntur limine, in cōmune omnibus labor, cōmunis cibus, cōmunis operatio, cōmunis vsus & fructus est, cōmunis volatus. Quid plura? Cōmunis omnibus generatio, integritas quoq; corporis virginalis oībus cōmunis, & partus, quoniā neq; vilo concubitu miscētur, nec libidine resoluuntur, nec partus quatiūtur doloribus, & subito maximā filiorū examen emittunt, e foliis & herbis ore suo prolem legentes. Ipsæ sibi regem ordinant, ipsæ sibi populos creant, & licet positæ sub rege, sunt tamen liberæ. Nā & prærogatiuā iudicii tenent, & fidæ deuotiōis affectu: quia & tanq; a se substitutū diligūt, & tātō honorāt examine. Rex autē non forte ducit, quia in forte euēt; est, nō iudiciū, & sepe irrationabili casu forte meliorib; vltimus quisq; præfertur: neq; iperitē multitudinis vulgari clamore signatur, quæ nō merita virtutis expendit, nec publicæ utilitatis emolumenta rimatur, sed mobilitatis nutat incerto: neq; priuilegio successiōnis & generis regalibus thronis infidet. siquidē ignarus publicæ cōuersationis, cautus atq; eruditus esse nō poterit. Adde adulationes atq; delicias, quæ teneris inolitæ etatibus vel acre ingenium eneruare cōfucuerūt, tum institutiones spadonum, quoniā pleriq; suo magis quæstui, q̄ vsui publico animū regis inclināt. Apibus

autem rex naturæ clarus formatur insignibus, vt magnitudine corporis præstat & specietum (quod in rege præcipuū est) morum mansuetudine. Nam etsi habet aculeum, tamē eo nō vitur ad vindicādum. Sūt enim leges naturæ nō scriptæ literis, sed impressæ moribus, vt leniores sint ad puniēdum qui maxima potestate potiuntur: sed & apes illæ quæ nō obtēperauerit legibus regis, pœnitentiæ multat condēnatione, vt immorianatur aculei sui vulnere. Quod Perfarum populi hodieq; seruare dicuntur, vt pro cōmissi precio ipsi in se propriæ mortis exequantur sententiam. Itaq; nulli sicut reges Perfarū tam grauissimas in subditos habēt leges. Nō Indi, nō populi Sarmatarū tantā, quantā apes reuerentiam deuotiōnis obseruant, vt nullæ e domibus exire audeant, nō in aliquos pdire pastus, nisi rex fuerit egressus, & volatus sibi vēdicauerit principatum. Processus autem est per rura redolentia, vbi inhalantes orti floribus, vbi fugiēs riuus pergramina, vbi amœna ripariū: illic ludus alacris iuuetutis, illic campestre exercitium, illic curarū remissio. Opus ipsum suauē, de floribus, de herbis dulcibus fundamina castrorum prima ponunt. Quid enī aliud est fauus, nisi quædam castrorū species? Deniq; ab his præsepibus apum fucus arceatur. Quæ castra quadrata tantū habere artis & gratiæ, quāntum habent crates fauorū, in quibus minuta ac rotunda cellule connexionē sui inuicem fulciunt? Quis em̄ architectus eas docuit hexagonia illa cellari indiseretate laterum æqualitate cōponere, ac tenues inter domorū septa ceras suspendere, stipare mella, & in texta floribus horrea, neclare quodā distendere? Cernas omnes certare de munere, alias inuigilare querendo victualia, alias sollicitam castris adhibere custodiam, alias futuros explorare imbres, & speculari cursus nubium, alias de floribus ceras fingere, alias rorem in fufum florib; ore colligere: nullam tamē alienis insidiari laborib; & raptō vitam querere: atq; vt in raptorū insidias nō timerent. Habent tamē specula sua, & inter mella fundunt venenum, si fuerint lacesite, animalq; ponunt in vulnere ardore vidisse. Ergo mediis castrorū vallibus humor illeroris infunditur, paulatimq; processu tpsis in mella cogitur, cū fuerit liquidus ab exordio, & coalitu ceræ florū odore fragrare mellis incipit suauitatem. Merito quasi bonam operariā scriptura apem prædicat, dicens: Vade ad apem, & vide quomodo operaria est. Operationem quoq; q̄ venerabile mercatur, cuius labore reges & mediocres ad salutem sumūt. Appetibilis enim est oibus & clara. A uisus quid dicat Propheta: Mittit vtiq; te vt apiculæ illius sequaris exēplum, imiteris operationem. Vides q̄ laboriosa, q̄ grata sit. Fructus eius ab omnibus desideratur & queritur, nec pro personarum diuersitate discernitur, sed indisereta sui gratia regibus pariter ac mediocribus equali suauitate dulcescit. Nec solum voluptati, sed etiā salutis est, fauces obdulcat, & curat vulnera, in temis quoque medicamentum infundit vlceribus. Itaque cum fit infirma robore apis, valida est vigore sapientiæ, & amore virtutis. Deniq; regem suum summa protectione defendunt, & perire pro eo pulchri putant. In columi rege nesciunt mutare iudiciū, mentem infledere: amisso fidem seruandi muneris derelinquant, atq; ipsæ sua mella diripiūt, quod is q̄ principatū habuit muneris, interēptus est. Itaq; cū aues aliq; vix in anno edant singulos foetus, apes geminos creant, & dupli ceteris fecunditate preponderant.

De cōsideratiōe aues qd ait propheta: Producat aq̄ reptilia &c. ac de diuersitate quā inter se habent aues. Caput XXII.



PRODUCANT aq̄ reptilia animarum viuentiū, & volatilia volatilia super terrā secundum genus, & fecus firmamētū celi. Cur super